UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Autumnus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Visual Library

A AUTUMNUS. HYEMS.

B

AUTUMNUS. Cap. XXVII.

Cornu copiæ uvis & pomis plenum, Autumnum indicant: quoniam tunc vina fiunt, & omnes fructus pleno copiæ cornu fundi videntur.

HYEMS. Cap. XXVIII.

Mensa apud ignem parata, Hyemem ſignificat: quia frigus & quies poſt æſtatis labores parta, terræque opes congeſtæ ad lautius vitæ genus invitare videntur, unde Poëta, *Invitat genialis* C *Hyems*, & Horatius: *Virg. 1. Georg.* *Horat. l. 1. Car. Ode 9.*

Vides ut alta ſtet nive candidum
Soracte, nec jam ſuſtineant onus
Sylvæ laborantes, geluque
Flumina conſtiterint acuto.
Diſſolve frigus, ligna ſuper foco
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Taliarche merum dyota.

PAPAVER.
CIVITAS. Cap. XXIX.

Papaver præterea, quæ de illo ſcripſit Pierius, Euſebio authore, civitatis ſymbolum eſt: quia ut in D civitate multi homines habitant, ſic in papaveris capite quaſi intra eadem mœnia multa ſunt ſemina; & ut civitas in vicos & domos eſt diſtributa, ſic & papaveris caput in multas intus partes eſt diviſum, multaque interſtitia habet.

At ille nationes nedum terram ſignificare ait, id eſt, civitates & populos. l. 58. de Papavere.

IRIS HERBA.
ELOQUENTIA. Cap. XXX.

Iridem herbàm eloquentiæ ſignum eſſe, nemini mirum videri debet; cum Homerus fingat Trojanorum oratores, ut qui diſertiſſimi eſſent, Lirioeſſam, id eſt, Iridé herbam floridam comediſſe,

Nam ut Mercurius nuncius Iovis, ſic Iris nuncius Iunonis.